

**USR EMILIA-ROMAGNA (CUSL CONSULTA UNIVERSITARIA DI STUDI LATINI)**  
**CERTIFICAZIONE DELLE COMPETENZE IN LINGUA LATINA 2024**  
**LIVELLO A - modello EULALIA**

Tempo di esecuzione di 90 minuti, senza dizionario

**Pars prior Contra Carthaginienses Romani resistunt, sed Hannibal terrorem etiam nunc facit**

**Summarium**

*Hannibal, postquam ad Urbem pervenerat, Romanas copias metuens se in Campaniam recedit, dum in Hispania Hasdrubal, eius frater, fortuna magis quam virtute adiuvante, duos Scipiones occidit. Interea Romani multa Siciliae oppida a Carthaginiensibus capta liberant, foedera cum regnis et civitatibus exteris faciunt, et in Sicilia Hannonem, Carthaginiensium ducem, capiunt. Hannibal vero terrorem etiam nunc facit: Cn. Fulvium consulem cum eius ingenti exercitu vincit, multa milia militum occidit.*

1	<b>Decimo anno postquam<sup>1</sup> Hannibal<sup>2</sup> in Italianam<sup>3</sup> venerat, P. Sulpicio<sup>4</sup> Cn. Fulvio<sup>5</sup></b> consulibus, Hannibal usque ad quartum miliarium <sup>6</sup> urbis accessit, equites eius usque ad portam. Mox consulum cum exercitu venientium metu Hannibal ad <b>Campaniam</b> <sup>7</sup> se recepit. In <b>Hispania</b> <sup>8</sup> a fratre eius <b>Hasdrubale</b> <sup>9</sup> ambo <sup>10</sup> <b>Scipiones</b> <sup>11</sup> , qui per multos annos victores fuerant, interficiuntur, exercitus tamen integer mansit; <b>casu</b> enim magis <b>erant</b> quam virtute <b>decepti</b> <sup>12</sup> . Quo tempore etiam a consule <b>Marcello</b> <sup>13</sup> <b>Siciliae</b> <sup>14</sup> magna pars capta est, quam tenere <b>Afri</b> <sup>15</sup> cooperant, et nobilissima <b>urbs Syracusana</b> <sup>16</sup> ; praeda ingens <b>Romam</b> <sup>17</sup> perlata est. <b>Laevinus</b> <sup>18</sup> in <b>Macedonia</b> <sup>19</sup> cum <b>Philippo</b> <sup>20</sup> et multis <b>Graeciae</b> <sup>21</sup> populis et rege <b>Asiae</b> <sup>22</sup> <b>Attalo</b> <sup>23</sup> amicitiam fecit, et ad Siciliam profectus <b>Hannonem</b> <sup>24</sup> quendam, Afrorum ducem, apud <b>Agrigentum</b> <sup>25</sup> civitatem cum ipso oppido cepit eumque Romam cum <b>captivis</b> <sup>26</sup> nobilibus misit. <b>Quadraginta civitates in ditionem accepit</b> <sup>27</sup> , viginti sex <b>expugnavit</b> <sup>28</sup> . Ita omnis Sicilia recepta et Macedonia fracta; ingenti gloria Romam <b>regressus est</b> <sup>29</sup> . Hannibal in Italia Cn. Fulvium consulem subito aggressus cum octo milibus hominum interfecit.
---	---



1 **Decimo anno postquam**: post decem annos

2 **Hannibal**: Hannibal, -is  
Hispania Romani pugnabant)

3 **Italiam**: Italia, -ae

4 **P. Sulpicio**: Publius Sulpicius

5 **Cn. Fulvio**: Cneus Fulvius

6 **miliarium**: milliarium, -ii (lapis qui in itineribus spatia inter urbes ostendit) 7 **Campaniam**: Campania, -ae

8 **Hispania**: Hispania, -ae

9 **Hasdrubale**: Hasdrubal, -is

10 **ambo**: duo

11 **Scipiones**: Scipio, -onis

12 **casu... erant ... decepti**: decipio, -is, -cepi, -cepsum, -ere (casus eos fecellit)

13 **Marcello**: Marcellus, -i

14 **Siciliae**: Sicilia, -ae

15 **Afri**: Afri, -orum (Carthaginenses, cum quibus in

16 **urbs Syracusana**: Syracusae, -arum

17 **Romam**: Roma, -ae

18 **Laevinus**: Laevinus, -i

19 **Macedonia**: Macedonia, -ae

20 **Philippo**: Philippus, -i

21 **Greciae**: Graecia, -ae

22 **Asiae**: Asia, -ae

23 **Attalo**: Attalus, -i

24 **Hannonem**: Hanno, -onis

25 **Agrigentum**: Agrigentum, -i

26 **captivis**: captivus, -i (qui in bello ab hostibus capti sunt)

27 **Quadraginta civitates in ditionem accepit**: deditio, -onis (quadraginta civitates se ei dederunt)

28 **expugnavit**: occupavit

29 **regressus est**: redit

1. Completa la parafrasi del brano letto, inserendo negli spazi il numero del termine mancante.

Attenzione: le parole sono in numero superiore a quello necessario (8 punti).

Bello in Italiā illato, Hannibal ad Romanū cum suis \_\_\_\_\_ pervenit, sed in urbē non intravit; in Campaniam exercitūm \_\_\_\_\_, quod adventūm consulum Romanorū cum exercitu venientium timebat. Interea in \_\_\_\_\_ Hasdrubal, Hannibalis frater, proelio superavit duos Scipiones qui, post multas in bello victorias, adversa fortuna, necati sunt, quamquam eorum exercitus extinctus non est. Eodem \_\_\_\_\_ consul Marcellus magnam insulae Siciliae partem occupavit et cepit \_\_\_\_\_ eius urbes quas antea Afri tenebant. Inde Romani victores multas divitias Romam miserunt. Laevinus in Macedonia socium fecit Philippum regem et cum multis Graeciae populis et cum Attalo, \_\_\_\_\_ tum in Asia rex erat, amicitiam iunxit. Postea in Siciliam venit ubi quadraginta urbes ei \_\_\_\_\_ dederunt, viginti sex ab eo captae sunt. In eo bello Laevinus \_\_\_\_\_ Agrigentum vicit Hannonem, Afrorum ducem, et Romam hostes captos misit. In Italia consul Cn. Fulvius ab Hannibale victus et occisus est.

1 tempore

3 apud

5 ex

7 se

16 quem

14 Hispaniam

12 duxit

10 ducitur

2 multos

4 militibus

6 qui

8 Hispania

15 sibi

13 temporis

11 milites

9 multas

2. Leggi le seguenti informazioni riferite al testo e BARRA LA RISPOSTA ESATTA SCEGLIENDO TRA VERUM/FALSUM/ NON LIQUET (7 punti).

1. Hannibalis equites ad urbem Romam accesserunt	V	F	NL
2. Consulum Romanorum exercitus Hannibalem in Campania vicit	V	F	NL
3. Duo Scipiones in Hispania cadunt	V	F	NL
4. Longo tempore Carthaginenses Siciliam tenere cooperant	V	F	NL

5. Eo tempore rex Asiae Attalus cum Philippo, Macedoniae rege, amicitiam fecit	V	F	NL
6. Laevinus multas Siciliae civitates vicit	V	F	NL
7. Fulvius consul in Italia Hannibalem aggressus est	V	F	NL

3. Barra la risposta corretta fra quelle proposte E RIPORTA LA LETTERA CORRISPONDENTE NELLA TABELLA SOTTOSTANTE (N.B.: fa fede solo quanto trascritto nella tabella) (5 punti).

1. Cur Hannibal ad Campaniam se recepit?

- a. Quia contra consules venientes pugnare volebat.
- b. Quia consules etiam sine copiis venientes timebat.
- c. Quia consules cum copiis venientes metuebat.
- d. Quia magnam praedam in Campania se capturum esse sperabat.

2. Quid in Hispania accidit?

- a. A Scipionibus Hasdrubal interfectus est.
- b. Ambos Scipiones, qui saepe vicerant, Hasdrubal occidit
- c. Hannibal, Hasdrubalis frater, ambos Scipiones occidit.
- d. Ambos Scipiones, qui saepe victi erant, Hasdrubal occidit.

3. Cur Scipiones interficiuntur?

- a. Quia magna virtute hostes vicerunt.
- b. Quia hostes propter casum virtutemque vicerunt.
- c. Quia casu, non virtute hostes victores fuerunt.
- d. Quia virtus magis quam casus hostes iuvit.

4. Quid egit Marcellus?

- a. Omnem Siciliam et nobilissimum oppidum Agrigentum liberavit.
- b. Omnes urbes Siculas occupavit.
- c. Siciliae minimam partem cepit.
- d. Siciliae magnam partem et Syracusas cepit.

5. Quos Laevinus Romam misit?

- a. Paucos nobiles captivos cum Hannone, qui eos duxerat.

- b. Hannonem, nobilem captivum, con omnibus militibus.
- c. Multos captivos servos cum Hannone, eorum duce.
- d. Captivos nobiles cum Hannone, qui Afros duxerat.

1	2	3	4	5

4. Barra la risposta corretta fra quelle proposte e RIPORTA LA LETTERA CORRISPONDENTE NELLA TABELLA SOTTOSTANTE (**N.B.: fa fede solo quanto trascritto nella tabella**) (8 punti).

<p>1. (r. 1) <b>postquam</b> è:</p> <ul style="list-style-type: none"> <li>a. avverbio</li> <li>b. congiunzione causale</li> <li>c. congiunzione temporale</li> <li>d. preposizione</li> </ul>	<p>5. (r. 6) <b>Quo:</b></p> <ul style="list-style-type: none"> <li>a. avverbio con valore relativo</li> <li>b. pronome relativo prolettico</li> <li>c. nesso relativo</li> <li>d. congiunzione finale</li> </ul>
<p>2. (r. 3) <b>Mox</b> è:</p> <ul style="list-style-type: none"> <li>a. sostantivo, nominativo singolare maschile</li> <li>b. avverbio</li> <li>c. congiunzione</li> <li>d. aggettivo con valore numerale</li> </ul>	<p>6. (r. 10) <b>quendam</b> è:</p> <ul style="list-style-type: none"> <li>a. aggettivo indefinito</li> <li>b. pronome indefinito</li> <li>c. pronome determinativo</li> <li>d. aggettivo dimostrativo</li> </ul>
<p>3. (r. 3) <b>venientium</b> è:</p> <ul style="list-style-type: none"> <li>a. un participio presente in caso accusativo singolare maschile</li> <li>b. un participio passato in caso genitivo plurale maschile</li> <li>c. un participio presente in caso genitivo plurale neutro</li> <li>d. un participio presente in caso genitivo plurale maschile</li> </ul>	<p>7. (r. 13) <b>ingenti</b> è:</p> <ul style="list-style-type: none"> <li>a. dativo singolare</li> <li>b. nominativo plurale</li> <li>c. ablativo singolare</li> <li>d. genitivo singolare</li> </ul>
<p>4. (r. 4) <b>Eius</b> è riferito a:</p> <ul style="list-style-type: none"> <li>a. fratre</li> <li>b. Hannibal</li> <li>c. Scipiones</li> <li>d. exercitus</li> </ul>	<p>8. (r. 14) <b>agressus</b> è:</p> <ul style="list-style-type: none"> <li>a. participio congiunto</li> <li>b. sostantivo in caso nominativo singolare</li> <li>c. sostantivo in caso genitivo singolare</li> <li>d. participio in ablativo assoluto</li> </ul>

1	2	3	4	5	6	7	8

5. Trasforma le seguenti proposizioni/sintagmi preposizionali secondo quanto suggerito (4 punti).

A. Mox consulum cum exercitu venientium **metu** Hannibal ad Campaniam se recepit.

Mox, **cum** consules cum exercitu venientes \_\_\_\_\_, Hannibal ad Campaniam se recepit

(metuo, is, metui, ēre)

B. Casu enim magis **erant** quam virtute **decepti**.

Casus enim magis quam virtus **eos** \_\_\_\_\_

(fallo, -is, fefelli, falsum, -ēre)

C. Siciliae magna pars capta est (...) et nobilissima urbs Syracusana; praeda ingens Romam **perlata est**.

Siciliae magna pars capta est (...) et nobilissima urbs Syracusana, **ita ut** praeda ingens Romam

\_\_\_\_\_  
(perfero, perfers, pertuli, perlatum, perferre)

D. Hannibal in Italia Cn. Fulvium consulem subito **aggressus** cum octo milibus hominum interfecit.

Hannibal in Italia, **postquam** Cn. Fulvium consulem subito \_\_\_\_\_, cum octo milibus hominum interfecit.

(aggredior, aggrederis, aggressus sum, aggredi)

## Pars altera

### In Hispaniis et in Italia secunda Romanis fortuna est

#### Summarium

*C. Scipio, P. Scipionis filius, Carthaginem Hispaniae, ubi hostes arma, divitias, captivos congesserant, liberat et, nobilissimis Hispanorum obsidibus suis familiis restitutis, Hispaniae fere omnes civitates recipit. Paulo post Hasdrubal, Hannibal frater, fugit. In Italia quoque Romanis belli fortuna secunda est: Q.F. Maximus consul Carthalonem, Hannibal ducem, interficit, maximam praedam militibus suis refert, divitias et captivos Romam mittit, multas Romanas civitates quae defecerant ad hostem recipit.*

**Interea<sup>1</sup>** ad **Hispanias<sup>2</sup>**, ubi occisis duobus **Scipionibus<sup>3</sup>** nullus **Romanus<sup>4</sup>** dux erat, **P. Cornelius Scipio<sup>5</sup>**mittitur, filius **P. Scipionis<sup>6</sup>**, qui **ibidem<sup>7</sup>** bellum gesserat, annos natus **quattuor et viginti<sup>8</sup>**, vir Romanorum omnium et sua aetate et posteriore tempore fere primus. Is **Carthaginem<sup>9</sup>** Hispaniae capit, in qua omne aurum, argentum et belli **apparatum<sup>10</sup>** **Afri<sup>11</sup>** habebant, nobilissimos quoque obsides, quos ab **Hispanis<sup>12</sup>** acceperant. **Magonem<sup>13</sup>** etiam, fratrem Hannibal, ibidem capit, quem **Romam<sup>14</sup>** cum aliis mittit. Romae ingens **laetitia<sup>15</sup>** post hunc nuntium fuit. Scipio Hispanorum obsides parentibus reddidit; quare omnes fere Hispaniae uno animo ad eum transierunt. Post quae **Hasdrubalem<sup>16</sup>**, Hannibal fratrem, victum **fugat<sup>17</sup>** et praedam maximam capit. Interea in **Italia<sup>18</sup>** consul **Q. Fabius Maximus<sup>19</sup>** **Tarentum<sup>20</sup>** recepit, in qua ingentes copiae Hannibal erant. Ibi etiam ducem Hannibal **Carthalonem<sup>21</sup>** occidit, **viginti quinque<sup>22</sup>** milia hominum captivorum **vendidit<sup>23</sup>**, praedam militibus **dispertivit<sup>2</sup>**, pecuniam hominum venditorum ad **fiscum<sup>24</sup>** retulit. Tum multae civitates Romanorum, quae ad Hannibalem transierant prius, rursus se Fabio Maximo dediderunt.

10      **apparatum:** apparatus, -us (ops, opis)

11 **Afri:** Afri, -orum (Carthaginenses, cum quibus in Hispania Romani pugnabant) 12

**Hispanis:** Hispanus, -a, -um (qui in Hispania vivunt)

13 **Magonem:** Mago, -onis

14 **Romam:** Roma, - ae

15 **laetitia:** laetitia, -ae (gaudium, -ii)

16 **Hasdrubalem:** Hasdrubal, -alis

17 **fugat:** fugo, -as, -avi, -atum, -are (pellit)

18 **Italia:** Italia, -ae

19 **Q. Fabius Maximus:** Quintus Fabius Maximus

20 **Tarentum:** Tarentum, -i 21 **Carthalonem:** Carthalo, -onis 22 **viginti quinque:**

1 **Interea:** interim

2 **Hispanias:** Hispania, -ae (Hispania est omnis in partes duas divisa: Hispania citerior, Hispania ulterior)

3 **Scipionibus:** Scipio, -onis

4 **Romanus:** Romanus, -a, -um

5 **P. Cornelius Scipio:** Publius Cornelius Scipio

6 **P. Scipionis:** Publius Scipio

7 **ibidem:** hic 8 **quattuor et viginti:**



9 **Carthaginem:** Carthago, -inis



23 **vendidit**: vendo, -is, vendidi, venditum, -ere  
(vendit qui aliquid pro pecunia cedit)

24 **dispertivit**: dispertio, -is, -ivi o -ii, -itum, -ire  
(divisit)

25 **fiscum**: fiscus, -i (publica pecunia)

6. Inserisci le parole mancanti, flettendole in modo adeguato nella parafrasi del brano letto (6 punti).

Cum in Hispania, occisis duobus Scipionibus, nullus dux esset, Romani P. Cornelium Scipionem, filium P. Scipionis, qui \_\_\_\_\_ inter omnes insignis erat, miserunt, ut bellum in Carthaginienses \_\_\_\_\_. Postquam P. Cornelius Scipio urbem, in qua divitiae, opes, honesti quoque obsides erant, cepit, fratrem Hannibalim, \_\_\_\_\_ in pugna victus erat, Romam misit et obsides domum remisit. Cum hoc nuntiatum esset, Romani laeti fuerunt.

\_\_\_\_\_ Hannibal fratre, praeda maxima a Scipione capta est. Dum haec in Hispania geruntur, in Italia Q. Fabius Maximus, capto Tarento, ubi Hannibal ingentes copias habebat, \_\_\_\_\_ ducem occidit, captivos pecuniamque cepit. Cognitis his rebus, multae civitates, quae ad Hannibalem transierant, se Fabio Maximo \_\_\_\_\_ statuerunt.

virtus, virtutis	vinco, -is, vici, victum, -ere gero, -
is, gessi, gestum, -ere	is, ea, id
qui, quae, quod	dedo, -is, dedidi, deditum, -dedere

7. Trasforma le proposizioni/sintagmi preposizionali secondo quanto suggerito (6 punti).

A. Interea ad Hispanias, ubi **occisis** duobus Scipionibus nullus Romanus dux erat, ...

Interea ad Hispanias, ubi, **quia** duo Scipiones **in proelio** \_\_\_\_\_, nullus Romanus dux erat,...

(morior, moreris, mortuus sum, mori)

B. Magonem etiam, fratrem Hannibalim, ibidem capit, quem Romam cum aliis **mittit**.

Magonem etiam, fratrem Hannibalim, ibidem capit, quem Romam cum aliis \_\_\_\_\_ **iubet**.

(mitto, is, misi, missum, ēre)

- C. Romae ingens laetitia **post hunc nuntium** fuit.

Hac re \_\_\_\_\_, Romae ingens laetitia fuit.

(nuntio, as, avi, atum, āre)

- D. omne aurum, argentum et belli apparatum Afri habebant, nobilissimos quoque obsides, **quos** ab Hispanis **aceperant**.

omne aurum, argentum et belli apparatum Afri habebant, nobilissimos quoque obsides, ab Hispanis \_\_\_\_\_

(accipio, is, accepi, acceptum, ēre)

- E. Scipio Hispanorum obsides parentibus **reddidit**; **quare** omnes fere gentes Hispaniae uno animo ad eum transierunt.

**Cum** a Scipione Hispanorum obsides parentibus \_\_\_\_\_, omnes fere gentes Hispaniae uno animo ad eum transierunt.

(reddo, is, reddidi, redditum, ēre)

- F. **Post quae** Hasdrubalem, Hannibal's fratrem, victum fugat.

**Postquam ea** \_\_\_\_\_, Hasdrubalem, Hannibal's fratrem victum fugat.

(facio, is, feci, factum, ēre)

